



COLECCION
MONTENEGRO





BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA



A
44
111

ON
PRO





BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
- GRANADA -
Sala: 18
Estante: 37
Número: 5

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 44
Número: 111

23. discurso de las reb.
guas del monte de ^{to. do.} seg.

1. de longitione numeru
2. que nose coram toros
entpo de jubileo
3. die 3 mos de molino de
azate de loreta del,
4. annexione de benefo
5. mem^a de mofas no fun-
tada a tiempo si se de-
reda
6. alexandus ansit mixti fori
7. historia del vto des. hago
8. salinas
9. salinas
10. salinas
11. salinas
12. salinas
13. sponsalia
14. de sponsalibz
15. contra promulgacion eximen-
tia a xxviii religio
16. salinas de españa
17. lasio in vendi rei annexo
spali
18. census tributis reducibiles
ad pecunias & redimibiles
19. ad q. na. q. t.
20. fiador de fiancam y asion
de derechos de pue. & cobranza
21. proba^a filiationis legitima
22. sponsalia de futuro
23. sponsalia
24. clerico negociatore ad spali
25. retentio bullar
26. de egde
27. arrendadores de pagonia
que estava por retoreo y
molera


~~B
27
5~~

Monte


A
44
111

Faint, illegible text at the top left of the page.

Vertical column of faint, illegible text on the right side of the page.



Vertical column of faint, illegible text on the right side of the page, below the tape pieces.



A
44
111

~~B
37
5~~

B - 35
5



I
T



Aduocatio sanctę Ecclesię
Cordubensī.

IVRIS ALLEGA

TIO IN FAVOREM DECANI ET CAPITVLI
 sanctę Ecclesię Cordubensī: Aduersus Ioannem de Gueua
 ra, super certa quantitate salis eidem Decano et Că
 pitulo, ex salinarijs, vulgo de Duernas nun
 cupatis, quorannis pręstanda.





Aduocatio sancte Ecclesie
 Cordubensis

IVRIS ALLEGA

TIO IN FAVOREM DECANI ET CAPITVLI
 sancte Ecclesie Cordubensis: Aduocatus Joannes de Genoa
 et super ceteris quantitate soli. eidem Decano et Ca
 pitulo ex sollicitudine, volgo de lictacione
 cupit aduocatum pntanda.



IHS CHRIS

TI N O M I N E H V M I L I T E R
implorato, nec non gloriosissimæ Virgi
nis Mariæ eius genitricis (cuius causa
agitur) præsidio inuocato.

I N C A V S A et lite quæ in hac Re
gali curia vertitur, inter Decanum
et Capitulum sanctæ Ecclesiæ Cordubē
sis ex vna parte: ex alia vero Ioannem

de Gueuara Ciuitatis Segouiensis incolam, super certa quantitate sa-
lis eidem Decano et Capitulo ex Salinarijs, vulgo de Duernas nuncu-
patis quotanis præstanda: prædictum Decanum et Capitulum iustam
causam fobere, atq; in possessione percipiendi seu exigendi salem in
eiusdem libelo contentum protegendum, atq; manutenendum fore,
reuocandamq; esse sententiã aduersus eosdem in hac regali curia pro
latam ex sequentibus apparebit.

¶ Ut autem ea quæ dicenda sunt rectius expediantur, quid in hac cau-
sa vtraq; pars intendat breuiter præmittamus.

¶ Decanus et Capitulum ex sua parte intendunt, ex prædictis salina-
rijs a tempore immemoriali cuilibet dignitati eiusdem Ecclesiæ vi-
ginti et quatuor Medimnos salis (vulgari sermone hanegas nuncupa-
tos) quotanis præstatos fuisse, cuilibetq; Canonico, et portionario in-
tègro, atq; echnomo prædictæ Ecclesiæ duodecim medimnos, cuili

libet vero portionario minori octo medimnos solutos fuisse, et per cōsequens in possessione percipiendi seu exigendi prædictam quantitatem salis in vno quoq; anno protegendos, atq; manutenendos fore.

¶ Ex diuerso tamen Ioannes de Gueuara præten dit, eidem Decano et Capitulo nullum ius ad exigendam dictam quantitatem salis compe tere, ea præcipue ratione, quoniam ius exigendi salem ex prædictis sa linarijs, quod Decanus et Capitulum habebant, depende bat a iure ci uitati Cordubensi in prædictis salinarijs competenti, quia neq; dicto Decano et Capitulo, neq; alicui personæ sal præstatur, nisi ex iure a prædicta ciuitate deriuato, habitaq; ad eundem salem exigendum, sche dula ab edili publico ciuitatis præstita, ac proinde quod cum prædi cta ciuitas per primam et secundam reuisionis sententiã fuerit victa, eidemq; sit prohibitum, ne alijs personis quam contentis in ordinatio nibus minoris numeri, in dicta lite productis, dictas schedulas distri buant, et in eisdem Decanus et Capitulum non contineantur, eosdem etiã victos reputãdos, cum resolutio iure datoris resoluatur ius accep tatoris, vt in .l. lex vectigali. ff. de pignoribus cum concordantibus, et per consequens eidem Decano et Capitulo exceptionẽ rei iudicatæ obesse, neq; esse hactenus hac de re quaerendum, vt in .l. post rem iudi catam. ff. de re iudicat. c. sape extra eod. titu. cum similibus.

¶ Secundo etiam asserit quod licet eidem Decano et Capitulo excep tio rei iudicatæ non ob esset, obstat tamen eisdem exceptio litispen dentia, quæ oritur ex causa et lite in supremo prætorio inter eadem met partes ventilata, super decima salis quam Decanus et Capitulum ex prædictis salinarijs sibi pertinere affirmant, vt constat ex testimo nijs a diuersa parte productis, atq; ideo litem illam decissioni huius li tis aduersari, cum ex regula generali, vbi ceptum est iudicium ibi fi nem accipere debeat, vt in .l. vbi ceptum. ff. de iudicijs cum concor dant. vt per Antonium Gabriel cõmun. sent. lib. 2. titu. de iudicijs con clus. 1. nu. 1. cum sequent.

¶ Tertio intēdit, prædicta salinaria solummodo Regiæ maiestati, atq; ab eadem titulum habentibus competere, vt in .c. vnico ibi, ¶ Pesca tionum redditus et salinarum quæ sint regalia in vsibus feudorum, et in .l. 11. titu. 28. par. 3. ibi, ¶ Las rentas delas salinas &c. ac proinde quod cum prædicta salinaria ex priuilegijs, regijsq; concessionibus sibi pertineant, Decanus vero et Capitulum nullum ius ad exigendam dictam quantitatem salis habeant, non posse eosdem super ea in iudi cio experiri.

¶ Quarto etiam intendit, quod cum in percipienda prædicta quanti tate salis Decano et Capitulo ius omnino resistat, non minori præscri ptione quam immemoriali eosdem se posse adiubare, vt in .c. super quibusdam. §. præterea de verborum significat, et in .c. cum persone. §. quod si tales de priuilegijs lib. 6. atq; ideo quod cum immemorialis nõ sit sufficienter probata, non posse eosdem vlla præscriptione se tueri.

¶ Quibus tñ non obstantibus, vt iustitia nostræ partis numeris omni bus

bus reddatur absoluta, quatuor articuli in eiusdem faborem venient in presentiarum examinandi, ex quibus non solum evidens dictis oppositionibus resultavit responsio, verum et de iustitia capituli manifestissime liquebit.

IN primo enim ostendetur eidem Decano et Capitulo exceptionem rei iudicatae a diversa parte oppositam nullatenus obesse, cum in antiqua lite aduersus ciuitatem Cordubensem agitata, neq; interfuerint, neq; in sententijs contra eandem prolatis contineantur.

IN secundo vero proponetur eidem Decano et Capitulo nullatenus exceptionem litispendentiae in supremo pretorio ventilatae praedudicare, cum lis illa super decima spiritali, haec autem super iure temporali eidem Decano et capitulo in dictis salinarijs competenti ventiletur.

IN tertio autem fundabitur praedictum Decanum et Capitulum priuilegium regiamq; concessionem ad exigendam dictam quantitatem salis in sui faborem habere, et per consequens in possessione percipiendi eandem protegendum fore.

IN quarto et vltimo apparebit, quod licet Decanus et Capitulum dicto regio priuilegio non essent muniti, sufficere tamen eisde in hoc casu praescriptionem immemoriam, quae vicem priuilegij obrinet, seu quadragenariam praedicto titulo munitam, quae eidem equiparatur, imo et multo minorem praescriptionem, cum aduersus priuatum contendatur, ad hoc q; deinceps dictum saltem exigere possint.

PRIMVS ARTICVLVS.

AD primum articulum accedentes, in quo de viribus rei iudicatae erit agendum, quod praedictae sententiae aduersus ciuitatem Cordubensem pro lata, dicto Decano et Capitulo non obstant ex sequentibus probatur.

PRIMO nam praedicta lis fuit tantummodo ventilata inter ciuitatem Cordubensem, et Ioannem de Guevara, neutiquam tamen Decanus et Capitulum in eadem litigarunt, seu interfuerunt, neq; continentur in ordinationibus maioris seu minoris numeri ac ciuitate in praedicta lite productis, et per consequens sententiae in eadem lite prolatae, neutiquam eisdem poture inferre praedudicium, cum ex regula generali, res inter alios acta, alijs neq; noceat neq; prosit, vt in. l. saepe. ff. de re iud. l. 1. et. 2. C. res inter alios actas. l. 20. titu. 22. part. 3.

SECVNDO nam Decanus et Capitulum neutiquam ex iure a ciuitate deriuato praedictam quantitatem salis sibi pertinere affirmant, sed ex iure proprio sibi ex Regali priuilegio, atq; immemoriali consuetudine, de quibus inferius erit agendum competenti, quod multum difert a iure quod ciuitas Cordubensis nitebatur, idq; vel ex eo clare colligitur, quod Decanus et Capitulum non contineantur in ordinationibus maioris seu minoris numeri a ciuitate productis, vnde cum in eisdem non contineantur, et tamen praedicta quantitas salis semper eis

fuerit soluta, necessario dicendum est, eam solutionem non ex iure ciuitatis, sed ex peculiari principis priuilegio, ac concessione, seu legitima prescriptione Decano et Capitulo competere, et per consequens eisdem exceptionem rei iudicate non obesse, cum iure proprio nitantur, ne utiqueam vero iure ciuitatis que fuit victa iubentur: vt in. l. duobus. ff. de libera. caus. l. i. et. l. patronu. ff. si liber. ingen. esse, dicatur. l. si cum vno. l. cum de hoc iuncta. l. sequenti. ff. de except. rei iudi. cum alijs per Episcopum Segouiuensem relatis pract. quast. c. 13. nu. 5. vers. secundo apparet.

¶ TERTIO nam ad hoc quod exceptio rei iudicate obstat, requiritur quod concurrant identitas personarum, cause, et actionis intentate vt in. l. ex sextate. l. cum queritur. §. eandem. l. et an eade. ff. de exceptio. rei iudicate. cum concor. vnde cum in nostro casu haec omnia non concurrant, necessario dicendum est eidem Decano et Capitulo exceptionem rei iudicate non obesse.

¶ QUARTO nam in dubio iudicandum est rem iudicatum non nocere vt per Decium conf. 445. nu. 4. Aimon conf. 188. nu. 2. cum concordant. vt per Menochi. tract. de præsump. lib. 2. præsump. 90. nu. 7.

¶ QUINTO nam licet ediles ciuitatis Cordubensis schedulas praestarent eidem Decano et Capitulo, ad percipiendam dictam quantitatem salis super qua controuertitur, earum tamen praestatio nullum ius minuere, vel tribuere potuit eidem Decano et Capitulo, cum solummodo ciuitas Cordubensis fecerit distributionem salis tanquam administratrix rei publicae, cui incumbere habere rationem personarum quibus sal praestabatur, ne alijs personis indebite praestaretur, cum id resuleret in damnum Decani et Capituli, decurionum, et aliarum personarum quibus iure debebatur, et per consequens praedictae schedulae praesumentur factae nomine, et auctoritate Decani et Capituli, non vero nomine, et auctoritate ciuitatis, quia actus semper praesumitur factus ab eo ad quem commodum illius spectat, iuxta regulam quam tradunt. DD. in. l. cum seruus. ff. de verborum oblig. et in. c. non nulli §. sunt autem de rescriptis, Riminaldus conf. 21. n. 14. lib. 1. et ex alijs comprobatur Mascari. tract. de probat. conclus. 38. nu. 8. fol. 58. et vbi cunq; in actu fit mentio illius ad quem negotium pertinet, talis actus censetur celebratus nomine illius. l. ab vno vbi Alex. ff. de negot. gest. Bart. et dd. in. l. si fundum per fideicommissum. ff. deleg. 1. Aimon conf. 304. nu. 1. rursus actus praesumitur factus de voluntate et ad instantiam illius ad cuius fauorem et utilitatem fit, vt probatur in. c. constitutus vbi Abb. de testibus tradit Bart. in. l. de pupilo. §. si quis ipsi praetori. nu. 1. ff. de noui operis nuntiatione, et ex alijs comprobatur Menochi. tract. de præsump. lib. 1. præsump. 23. nu. 7. pag. 242. tandem actus praesumitur factus eo modo quo sit magis utilis illi qui in actu nominatur. l. 1. et. 2. ff. de solut. tradit Bart. in. l. gerit. nu. 2. ff. de acquirenda heredit. et sequuntur alij quos refert Menochi. lib. 2. de arbitrio iudicum casu 126. nu. 8. et tract. de præsump. lib. 3. præsump. 136. nu. 16. vnde cum praedictae schedulae ab edilibus ciuitatis praestatae, pertinerent ad utilitatem Decani

Decani et Capitulo, non vero ad utilitatem civitatis, neq; edilium, sequitur evidenter, quod earum præstatio nullatenus Decano et Capitulo potuit inferre præiudicium, tandem quod possessio percipiendi sallem in qua ecclesia pacifice extitit, magis præsumatur subsecuta et continuata nomine proprio quam alieno, probat tex in. l. et magis. ff. de solutionibus et in. l. filius familias. §. diui vers. secundo idem principis. ff. deleg. 1. tradit Bart. in. d. l. gerit. nu. 9. ff. de acquirenda hereditate et ex alijs comprobatur Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 10. glos. vnica. nu. 3. Alciat. regula. 2. præsump. 24. nu. 5. Menochius, tract. præsump. lib. 3. præsump. 46. nu. 5 pag. 332. et præsump. 91. pag. 575.

¶ SEXTA ratio et cui nullatenus responderi potest inde proficiscitur, nam licet Decanus et Capitulum nullum ius præter id quod a civitate erat deriuatum haberent, sententiæ q; aduersus civitatem latae eisdem potuissent præiudicium inferre, quod totis viribus negamus, ad huc tamen in nostro casu prædictæ sententiæ eisdem nocere minime potuerunt, cum prædicta civitas nec ius Decani et Capituli legitime defenderit, nec priuilegium, nec alias scripturas ex quibus ius eorum manifeste constabat produxerit, neq; probationes aliquas seu articulos fecerit, ex quibus pacifica possessio Ecclesiæ ad prædictum sallem exigendum deprehenderetur, quinimo si recte consideretur totum contrarium ex processu resultat, cum semper civitas affirmauerit, prædictum sallem solummodo personis in ordinationibus maioris seu minoris numeri contentis præstatum fore, in quibus Decanus et Capitulum nequaquam continentur, ac proinde, cum civitas ius Ecclesiæ deducere omiserit, necessario dicendum est prædictas sententiæ eidem nullatenus nocuisse, vt in. l. si per lusorio et in. l. a sententiæ. ff. de appellationibus l. si serbus plurium. §. 1. et. 2. ff. deleg. 1. l. si suspecta. §. 1. ff. de inoffi. testamento. l. ex contractu. ff. de re iudicata cum concor. late per Molin. adductis de Hispanorum primoge. lib. 4. c. 8. nu. 7.

¶ Cæterum vt diuersam partem proprio gladio iugulemus, eiusq; arma aduersus eam retorqueantur, accedant quinque sententiæ antiquæ in fauorem Decani et Capituli a diuersis iudicibus prolatae, ab anno. 1436. vsq; ad annum. 1515. quæ in hac lite fuerunt productæ, ex eis enim patet euidenter quod cum inter Decanum et Capitulum ex vna parte ex alia vero, administratores dictarum salinarum, super decima salis eisdem præstanda, lis verteretur, a diuersis iudicibus fuerit condematæ, quatenus decimam salis eis ex prædictis salinarijs integre darent, et persoluerent quorum sententiæ in rem iudicatam fuerunt transactæ quinimo et ipsi administratores in prædictis litibus confessi fuerunt, eandem quantitatem salis quam Decanus et Capitulum in hoc iudicio petunt eisdem fuisse præstandam, ac proinde necessario cõfiteri oportet, ex prædictis antiquis sententijs exceptionem rei iudicatæ in fauorem Decani et Capituli oriri, tantum abest vt aduersus eosdem prædicta rei iudicatæ exceptio villo modo possit retorqueri, et ne extra præsentem litem rem iudicatam deducamus, ad sunt etiam in nostro casu sententiæ aduersus eundem Ioanem de Guebara prolatae, non obstantibus

bus primis sententijs in eius fauorem contra ciuitatem pronuntiatis, cum enim tertij oppositores prædictæ liti se opposuissent. et inter eos capitulum beneficiatorum dictæ ciuitatis, et cōcilium villæ de Espejo intēdentes sibi ex prædictis salinarijs certā quātitatē salis eisdē præstādam fore, e cōtra vero Ioannes de Gueuara exceptionem rei iudicatę eisdem obstare asereret, nichilominus tamen prædicta exceptione nō obstante, idem Ioannes de Gueuara ad præstationem dicti salis fuit cōdemnatus, et ideo ex prædictis sententijs quamuis inter diuersas partes prolatis, eidem Decano et Capitulo cōpetit exceptio rei iudicatę ad hoc quod sententię aduersus ciuitatem prolata, eidem nullatenus parent præiudicium, cum prædicta causa respectu omnium oppositorū fuerit cōmunis, et indiuidua, et ideo succedit conclusio textualis, sane quod sentētia lata in causa cōmuni, et indiuidua, prodest omnibus consortibus cum quibus dicta causa communis et indiuidua erat. l. lo ci corpus. §. si fundus. ff. si seruitus vendicetur glos. in. l. i. verbo patrocinari. C. si in comu. ead. q; caus. restit. post. et ibi notat Baldus. nu. 1. Salicetus. nu. 2. l. 21. titu. 22. par. 3. et hæc de primo articulo.

SECUNDVS ARTICVLVS.

QUOD attinet ad secundum articulū, quod eidem Decano et Capitulo nullatenus exceptio litis pendentię in supremo prætorio ventilatę possit præiudicare, patet manifeste ex eo, nam si recte consideretur prædicta lis multum differt ab hac lite in præsentiarum decidenda, cum ibi de decima spiritali Decano et Capitulo in dictis salinarijs competenti agatur, intendatq; reus neuiquam posse Decanum et Capitulum tanquam nouam decimam eandem exigere: hic vero super reddito seu iure temporali, ex regio priuilegio domini regis Ferdinandi eidem Decano et Capitulo in dictis salinarijs competenti agatur. ac proinde cum cause sint omnino diuersę, non est cur vnus prosecutio alterius determinationem impediatur.

Nec poterit e diuerso opponi, quod cum ex dicto regio priuilegio dominus Rex Ferdinandus solummodo eidem Decano et Capitulo donauerit decimam salinarum quas in ciuitate Cordubensi habebat, prædictam decimam non de decima temporali, sed de decima spiritali intelligendam, et per consequens adhuc eidem exceptionem litis pendentię obstare: nam prædicta concessio seu donatio, neuiquam de decima spiritali, sed decima temporali, seu reddito decime salis in dictis salinarijs domino Regi competenti est intelligenda, quæ multum a decima spiritali differt. idq; vel ex eo comprobatur, nam si esset decima spiritalis, neuiquam regibus competere posset, cum sint laici, et per consequens iuris decimandi incapaces, vt in. c. ad hæc, et in. c. prohibemus de decimis, et in. l. 22. titu. 20. part. 1. cum concordantibus, vt per Episcopum Segouien. lib. 1. resolutio. c. 17. nu. 51.

Secun

¶ Secundo quod prædictum priuilegium de decima tēporali sit intel-
ligendum, probatur manifeste ex eo, nam si de decima spiritali intel-
ligeretur, sequeretur euidenter, quod prædictum priuilegium esset fru-
stratorium, neq; aliquid in præsentiarum operaretur, cum Ecclesia iu-
re proprio, et absq; vllō Principis priuilegio, decimam salis spiritua-
lem posset exigere, et percipere, vt inferius ostendetur, et quamuis sa-
linaria essent domini Regis, adhuc ad decimę solutionem teneretur,
vt in. l. 2. titu. 20. par. 1. atq; ideo vt priuilegium aliquid operetur, ne-
cessario dicendum est de decima temporalis, non vero de spiritali in-
telligendum cum tam principum priuilegia, quam alie qualibet dis-
positiones, semper ita debeant intelligi vt aliquid operentur, ne alias
dispositio frustratoria, seu superflua reddatur. tex. est in. l. si quādo ibi,
¶ Alioquin frustra legaturus sit. ff. de leg. 1. et in. l. si stipulatus. ff. de
iuris, et in. l. fundus qui. ff. de fundo instructo, vbi legato fundo cum
instrumento, intelligitur de instrumento domini, non de instrumento
coloni, sed si dominus nullum instrumentum habeat, intelligitur de
instrumento coloni, ne alias legatum reddatur inutile, per quem tex.
dicite egregie Baldus in. l. quibus diebus. §. dominus. 1. q. ff. de condit.
et demonstr. quod licet testator præcipiendo, quod soluantur eius de-
bita non intelligatur loqui de præscriptis cum bona fide, tamen si
nulla alia habeat debita nisi præscripta, intelligitur de illis, et per eun-
dem textum dixit pulchre idem Baldus in. l. si ita scripsisset. ff. de leg.
2. quod licet legato debito intelligatur de puro, tamen si testator nul-
lum habeat debitum purum, intelligitur de eo, quod debetur indiem.
finaliter in nostris terminis viget eadem regula, videlicet, quod priu-
ilegium Principis ita debet interpretari vt aliquid operetur, et aliquid
addat iuri communi. tex. est in. l. 1. in fin. ff. ad municipalem, et in. c. in
his extra de priuilegijs, et in. c. pastoralis in principio de appellationi-
bus per quæ iura eleganter consuluit Ancharranus conf. 186. pro par-
te Ecclesiæ. nu. 7. quod priuilegium datum Episcopo vt possit testari,
intelligitur de bonis ab Ecclesia quæsitis, non de bonis patrimoniali-
bus, de quibus iure communi attento libere poterat disponere, tādē
ne in re tam clara immoremur, hanc regulam in priuilegio, in statuto
in quacumq; dispositione, quod semper fiat interpretatio vt aliquid
operetur, longa doctorum et iurium copia, probat Felinus in. c. 1. nu.
4. vsq; ad nu. 9. de rescriptis, et in indiuiduo idem concludit Roderic.
Suarez consil. 28. a principio, et nu. 1. vbi resoluit, quod si Rex habeat
decimam temporalem, et Pontifex ei simpliciter decimam concedat,
talis concessio de decima spiritali vt priuilegium aliquid operetur
venit intelligenda, atq; ideo ne in nostro casu dictum priuilegium fru-
stratorium reddatur, necessario dicendum est de decima tēporali esse
intelligendum.




¶ Neq; superioribus obstat si replicetur, quod licet prædictum priu-
ilegium solummodo concessionem decimę spiritalis contineat, ad
huc tamen, neq; frustratorium, neq; superfluum iudicandum, cum
decidat

decidat dubium quod poterat suboriri, videlicet an ex dictis salinarius decima spiritalis deberetur Ecclesie, necne, adq; ideo quod cum eiusdem dubij declarationem contineat, non esse ad decimam temporalem extendendum, cum privilegium ita sit accipiendum, vt in quantum fuerit possibile iuri communi non deroget, vt in. l. 2. C. de noxalibus cum alijs quæ refert Molina. de primogenijs lib. 2. c. 10. nu. 77. ad hoc enim facillime respondetur, quod iure canonico atento nullum dubium poterat suboriri, an scilicet ex dictis salinarijs decima deberetur, necne, nam si saleem tanquam fructum terræ accipiamus, ex eo proculdubio decima debetur, cum de omni fructu, et de omnibus bonis decima debeat solui, vt in. c. nuntios, et in. c. non est in potestate de decimis, et in. l. 2. tit. 20. part. 1. vers. ¶ Esto se entiēde, si vero tanquam fructum aquæ connumeremus de eodem etiam decima debetur, vt in. c. peruenit de decimis ibi, ¶ De prouētibus molendinorū piscariarū, et in. l. 2. tit. 20. par. 1. ibi, ¶ Delas pesquerias, si vero tanquam fructum personalem consideremus ex industria hominis qua sal perficitur prouenientem, adhuc ex eo decima debetur, vt probat glo. elegans in. c. decime verbo Negotio circa finem. 16. q. 1. ad id referens illud scripturæ. ¶ Honorabis Dominum Deum tuum de omnibus tuis laboribus, et de iure nostro est tex. in. d. l. 1. titu. 20. par. 1. atq; ideo prædictum privilegium si de decima spiritali intelligeretur, denihilo deseruiret, et per consequens de decima temporali est intelligendum.

¶ Finaliter vt in re tam manifesta nullus penitus scrupulus remaneat, licet aliqua dubitatio posset suboriri, an ex salinarius decima spiritalis debeat necne, minime tamen ad nostrum cassum potest adaptari nam ex eodem privilegio manifeste constat de voluntate Principis concedentis, quod voluerit decimam temporalem Decano, et Capitulo concedere, cum non solum decimam salis, sed et aliorum iuriū sibi pertinentium, sub vna eadem q; clausula concesserit, vt patet ex illis verbis. ¶ Dono itaq; vobis, et cōcedo decimas almojarifatus mei, alguacilatus, quintorum, et salinarum, et appotecæ meæ, et omnium reddituum, quos in Corduba habeo, de quibus inferius latius erit agendum, et sic cum in nostro casu neutiquam possit affirmari, decimam Almojarifatus, Alguacilatus, et quintorum, et appotecæ Regiæ, eidem capitulo fuisse concessam in exclusionem dubij quod poterat suboriri, an ex ius decima deberetur necne, pariformiter, etiam neutiquam dicendum est, concessione decimæ salis fuisse factam in nostro casu, in exclusionem dubij quod in eodem suboriri poterat, an ex sale decima spiritalis deberetur necne, cum concessio prædictorum iuriū insimul fuerit facta, et sub vna eadem q; oratione comprehendatur, et per consequens vniformiter sit intelligenda, vt in. l. iam hoc iure. ff. de vulgari, et in. l. quamuis. C. de impub. cum alijs concor. ex quibus sumitur illud brochardicum, quod ex adiunctis tollitur ambiguitas, vnde, cum prædicta lis in supremo prætorio ventilata solummodo super decima spiritali, nostra vero super iure temporali ventiletur, necesse

cessario dicendum est ex eadem exceptionem litispendentię quę pro
sequutionem huius impediatur non oriri, et hæc de secundo articulo.

TERTIVS ARTICVLVS.

AD tertium articulum accedentes, in quo de viribus Regij priuile
gij erit agendum, quod eiusdem virtute Decanus et Capitulum
in possessione quantitatis salis super qua contenditur protegi, et fo
ueri debeant, patet euidenter, cum ex sua parte sit productum regium
priuilegium domini Regis Ferdinandi tertij huius nominis, El san
cto nuncupati, datum Valisoli. 11. die Nobembris era de. 1276. quod
est confirmatum per Dominos Reges successores, et vltimo loco per
Maiestatem Regis Philippi secundi Domini nostri, in quo apparet eū
dem Regem eidem Decano et Capitulo concessisse decimam prouen
ientem ex omnibus salinarijs, quas in Cordubensi terra habebat, in
hęc verba,  *Dono itaq; vobis, et concedo decimas Almojarifatus
mei, Alguacilatus, quintorum, Salinarum, et appotecæ meæ, et omniū
reddituum quos in Corduba habeo. &c. vnde cum ex priuilegio, Re
giaq; concessione prædicta quantitas salis eidem Decano et Capitulo
pertineat, necessario dicendum est in perceptione eiusdem protegen
dum, atq; manutenendum fore, cum prædictus titulus, Regiaq; dona
tio fuerit sufficiens ad acquirendum non solum possessionem, sed etiã
dominium decimæ salis ex dictis salinarijs prouenientis, nam per do
nationem a Principe factam etiã sine traditione, acquiritur donata
rio plena possessio, et dominium rei donatæ, vt probatur in. c. dilecti,
de donationibus, et in. l. fin. ff. de constitutionibus Principum tenet
Baldus. et Andreas de Isernia. in. c. 1. §. inuestitura, de noua forma fide
litatis, et alij plures, quos refert Tiraquelus tract. de nobilitate. c. 37.
nu. 51. Episcopus Segouiensis. lib. 2. resolutio. c. 19. nu. 13. et deciditur
expresse in. l. 53. titu. 5. par. 5. et in individuo quod hoc ius salinarum
ex priuilegio, Regiaq; concessione possit alicui competere, probat
rex. expressus loquens in salinarijs, in. c. super quibusdam. §. præterea
de verborum significatione, ibi,  *Que non apparent Imperatorum
vel Regum, vel lateranensis concilij largitione concessa, et in. l. 2. tit.
13. lib. 6. recopilat. in illis verbis,  *Y ansimismo las fuentes, y pilas,
y poços salados, que son para ha zer sal, nos pertenecen, por ende man
damos, que recudan a nos con todas las rentas dello, y que ninguno
sea osado de se entremeter en ellas, salvo aquellos aquie los Reyes pas
sados nuestrros progenitores, o nos las vuielamos dado por priuilegio,
o las ouiessem ganado por tiempo immemorial, circa quod amplius
non erit immorandum, cum diuersa pars inficiari nequeat, prædicta
salinaria Regię Magestatis fuisse, immo a Dominis Regibus suam cõ
cessionem nitatur deriuare, et ita eosdem fuisse dominos in consequē
tiam affirmet.***

¶ Neque his oberit si dicatur, prædictam donationem Regiam fuisse
deroga

derogatam per secundam donationem a Domino Rege Enrico factam in fauorem Petri Arias de Auila eiusdem Numularij maioris. 23. die mensis Maij anno. 1461. a quo diuersa pars suum ius deriuat, asserens Dominum Regem eidem Petro Arias de Auila concessisse, seu donasse omnia salinaria in ciuitate Cordubensi, et eiusdem Episcopatu posita, ac proinde per istam secundam donationem fuisse primam derogatam huic enim obiectioni ex sequentibus responderetur.

¶ Primo quod cum Dominus Rex Ferdinandus multis retro annis eidem Decano et Capitulo decimas dictarum salinarum concesserit, et donauerit, subsequens donatio a Domino Rege Enrico facta, non potuit predictam decimam antea capitulo donatam comprehendere, sed solum ius percipiendi salem, quod dempta predicta decima apud dominos Reges remanserat, donans enim seu legans rem, videtur tantummodo donare, vel legare ius quod ad rem habet, siue partem quam in ea habet, et non amplius, vt in. l. serui electione. §. labeo et. §. cum fundus ff. deleg. 1. l. si colonus. et. l. quod in rerum. §. 2. ff. eod. titu. id quod in priuilegijs seu concessionibus Principum, est speciale, vt talia priuilegia, seu concessionis sine tertij preiudicio facta esse censeantur. vt in. l. fin. ff. de constitut. principum. l. 1. §. denique. l. 2. §. merito et. §. siquis a principe. ff. nequid in loco publico, cum concordantibus quae refert Antonius Gabriel communium oppinio. lib. 3. titu. de iure quaesito non tolendo conclusio. c. nu. 27. et nouissime. d. Ludouicus de Molina. lib. 2. de Hispanorum primogenijs. c. 7. nu. 23. et in fortioribus terminis quod priuilegium simpliciter concessum, nunquam sit intelligendum, siue interpretandum in preiudicium tertij possessoris, quamuis talis tertius nullum ius habeat in proprietate, probat tex. in. c. dudum de decimis, tradit Ripa lib. 2. responsorum. c. 24. et in nostra specie quod donatarij qui a Principe habent titulum, debeant vti re donata, modo, et forma, et cum qualitatibus, quibus Princeps, ea utebatur, et fruebatur, probat. l. 16. titu. 10. lib. 5. noui ordinamenti, quod autem intentio Dominorum Regum, neutiquam fuerit eidem Petro Arias donare decimam ante capitulo donatam, eadem quod fuerit intentio magestatis Regiae Philippi secundi, domini Regis nostri, probatur eundem ter ex verbis confirmationis in fauorem Ioannis de Gueuara factae, quae haec sunt, ¶ Para q̄ gozedes de todo ello, vos y el dicho Ioan de Gueuara, y los dichos vuestros erederos, y successores, y quie de vos, o de ellos viuere titulo y causa, dende el dicho dia cinco de Mayo del dicho año passado de quinientos y setenta en adelante, para siempre Jamas, assi e segun e de la forma y manera, y con las facultades, y condiciones, y limitaciones, que los dichos Pedro Arias de Auila, y don Diego de Roxas, y los otros sus antecessores las tenian y les pertenecian, y las gozaron, y devieron y pudieron gozar, y an gozado hasta aqui, por virtud de la dicha carta de priuilegio y confirmacion.

¶ Secundo etiam responderetur, quod donatio facta in fauorem Decani et Capituli fuit concessa era de. 1276. Secunda vero in qua diuer-

sa pars se fundat, anno. 1461. et ideo debet omnino prior donatio poste-
riori donationi prefferri. l. quæ ex relationibus et ibi Baldus. C. de legi-
bus glos. in summa. 25. q. 2. l. 27. et. 39. titu. 28. part. 3. immo secundum
priuilegium non derogat primo, siue speciali, siue generali, vt proba-
tur in. c. veniens de prescriptionibus glos. in. c. generi deregulis iuris.
in. 6. tradit Decius consi. 147. nu. 5. et in. l. in toto. 80. n. 20. ff. de regul.
iuris. et priuilegium secundum non valet, nisi in eo sit facta mentio de
priori priuilegio. d. c. veniens de prescriptionibus. l. 3. vbi glos. C. de si-
lentiarijs, lib. 12. vbi Bart. et tenent alij quos citat Decius in. c. 1. nu. 9.
de rescriptis.

¶ Tertio respondetur, quod licet prædicta secunda donatio decimam
salis antea capitulo donatam comprehendere, adhuc tamen neuti-
quam potuit capitulo nocere, cum donatio principis de eo quod iam
alteri donauerat nullius sit momenti, neq; primo donatario in aliquo
præiudicet, vt in. l. prædia et ibi notat Bart. C. de locatione prædiorum
civilium, lib. 11. tradit Iass. in. l. quoties. nu. 7. C. de reuendicatione,
et quod ex duobus Principis donatarijs primus sit præferendus, etiã si
secundus traditione dominium aprehenderit, quando in secunda dona-
tione prima expresse derogata non est, quia Princeps præsumitur cir-
cumuentus, tradit Bart. in. d. l. prædia. C. de locatione prædiorum ci-
uiliu lib. 11. Bald. et Paulus in. l. 2. C. delegibus Gozadinus consi. 14.
nu. 19.

¶ Quarto nã neq; prædictus Petrus Arias de Auila neq; ei us successo-
res, vñ fuere. d. priuilegio respectu quãtitatis salis quã Decanus et Ca-
pitulum sibi præstandam intendunt, et ideo respectu eiusdem amisse-
runt priuilegium, quia priuilegiatus qui non vititur priuilegio per de-
cennium, amittit tale priuilegium. c. si de terra et. c. accedentibus de
priuilegijs. l. 1. ff. de nundinis tradit late Iacobus Puteus decisio-
ne 252. nu. 4. lib. 3. et probatur in. l. 27. titu. 18. part. 3. ibi, ¶ Y los que fa-
llaren que fueren dados primero, mandamos que valgan, si fueren vfa-
dos como deuiã. l. 42. eod. titu. et part. 1. 3. titu. 7. par. 5.

¶ Quinto nam dicta donatio facta in fauorem Decani et Capituli, fuit
confirmata per Regiam Magestatem Philippi secundi Domini Re-
gis nostri, et sic licet per donationem factam in fauorem Petri Arias
de Auila nostra prima donatio fuisset reuocata, eadem tamen ex præ-
dicta regia confirmatione vires suscepit, vt in. c. primo, de transactio-
nibus, ibi, ¶ Vires plenissimæ notionis ex nostra autoritate susci-
piat. c. 1. de confirmatione vtili vel inutili, cum concordantibus.

¶ Rursus supradictis non oberit si dicatur, prædictum priuilegium in
fauorem Decani et Capituli concessum, per non vsum et per contra-
rium vsum fuisse derogatum, et per consequens non posse eodem se ad-
iubare, vt in. d. c. si de terra de priuilegijs cum alijs superius adductis,
nam vt inferius dicetur prædictu priuilegium fuit semper obseruatũ,
eiusq; virtute fuit soluta Decano et Capitulo quantitas salis in suo libe-
lo contenta et per consequens prædictum priuilegium neutiquã fuit
amissum.

¶ Secundo nam licet decima salis in dicto privilegio contenta, eisdem Decano et Capitulo integre non fuerit soluta, sufficit quod eisdem quantitas salis in eorum libello contenta fuerit soluta, ad hoc quod privilegium conservatum censeatur, quia per usum partis contentorum in privilegio, et si non sit omnium rerum in eo expressarum retinetur privilegium in omnibus, ita quod non potest dici derogatum nec sublatum per non usum, de quo est cassus in. l. si in partem et in. l. si is cui ff. quemadmodum servitutes amittuntur. l. arboribus. §. Julianus. ff. de usufructu. tradit, Balbus tract. prescriptio. 4. parte. quarta partis principalis questi. 5. a principio. pulchre Crabata consi. 123. Ioannes. nu. 5. et ex pluribus comprobatur Manchacensis controversiarum usu frequentium, lib. 1. c. 2. nu. 7. cum sequentibus, et reuocata vel annullata vna parte, vel vno articulo privilegij, alia in eo contenta non videntur reuocata. c. si eo tempore, de electione lib. 6. Abbas. et. DD. in. c. super literis de rescriptis cum concordantibus vt per Siluam tract. de benefi. tio. par. 2. q. 22. nu. 32. fol. 132.

¶ Tertio nam dato sed non concessio quod Ecclesia aliquo tempore non percepisset dictum saltem, quod omnino negamus, cum pars aduersa conueniat Ecclesiam tanquam possidentem, Dignitates et Canonici minime potuerunt ipsi Ecclesie prejudicare, contra privilegium datum per dictum Dominum Regem Ferdinandum predictam Ecclesie, secundum Abbatem in. c. cum accessissent. nu. 7. de constituto, quod confirmatur quia ad hoc vt Ecclesia per non usum, vel per controuentionem amittat privilegium, requiritur spatium quadraginta annorum. c. accedentibus. c. si de terra de privilegijs. l. vltima et authent. quas actiones. C. de sacrosanctis Ecclesijs et voluit Iannes, Andreæ Hostiensis. et Antonius in. d. c. cum accessissent de constitutionibus et ibi, Felin. nu. 30. Detius. nu. 21. cum concordantibus vt per Tiraquelum de privilegijs pia cause privilegio. 139. et probatur in. l. 26. titu. 29. part. 21.


¶ Preterea supradictis non obstat si dicatur quod iuxta formam predicti privilegij, solummodo competit capitulo ius exigendi decimam salis in predictis salinarijs ex tractu, idq; multum defferre ab eiusdem libello, cum solum comprehendat quantitatem salis in eodem expressam, quæ in predicto privilegio neutiquam continetur, dictamque quantitatem salis nullatenus virtute dicti privilegij recepisse, quia licet dicta præstatio salis non sit vniformis privilegio, ad hoc tamen eius virtute eandem recepisse præsumendum est, quia est regula in iure, quod a primordio tituli posterior iudicator euentus, et qualis fuit titulus talis iudicatur vel præsumitur possessio sub sequuta. l. quædam mulier. ff. de reuendicatione. l. 1. C. de imponenda lucratiua. descript. lib. 10. de quo per Aimonem de antiquitate temporum quarta. par. nu. 221. foli. 238. Menochium de adipiscenda possessione remedio. 4. nu. 170. pag. 150. Mascardus tract. de probatio. lib. 3. conclusi. 1239. nu. 4. fol. 178. et conclusione. 1197. nu. 1. cum sequentibus fo. 118. ¶ Et observancia sub sequuta probat et declarat donationem, et privilegium, vt per Aymen. consi. 277. nu. 1. et. 2. cum concordantibus vt per Mascardum tract. de pro-

probationibus lib. 1. conclusi. 577. nu. 3. fol. 348. pro qua conclusione sunt expressę leges Regni scilicet. l. 5. titu. 33. par. 7. et. l. 12. titu. 1. part. 2. et. l. 1. titu. 10. lib. 5. recopil. ibi, ¶ Aya la dicha jurisdicción si vfo de ella iunctis verbis præcedentibus et sequentibus. l. 16. d. titu. et lib. vers. los aya, et vers. ¶ Segun antiguamete lo an acostubrado. Quod confirmatur ex alia notabili conclusione quæ habet, quod verba priuilegij sunt interpretanda secundum consuetudinem præteritam, et subsequitam, etiam si verba priuilegij aduersentur, cassus est notabilis in. c. cum dilectus de cõsuetudine et priuilegium magis interpretatur ab usu, et consuetudine, quam a iure. c. dilecto de consanguinitate, et afinitate et voluit Dominicus in. c. 1. de verborum significatione lib. 6. Detius in. c. ad hæc. nu. 37. de postulatione prælatorum ex quibus cõclusionibus et resolutionibus subinfertur, quod licet possessio, proprietates, et ius quod Ecclesia præterdit ad istum salẽ super quo lis est, non sit cõformis cum prædicto titulo et donatione regia, quia multo amplior est, et magis comprehendit, nichilominus se conformat et compatitur cum dicto titulo, et donatione, cum in toto pars contineatur. l. que de tota. ff. de rei vendicatione. l. si quis cum totum. ff. de exceptione rei iudicatae, melior tex. ad propositum in. l. si in partem agri. ff. quemadmodum seruitutes amitatur, et faciunt traddita per Euerardum loco. 80. de toto ad partem et hæc de tertio articulo.

QVARTVS ARTICVLVS.

AD quartum articulum deueniẽdo, quod licet Decanus et Capitulum dicto Regali priuilegio non essent muniti, sufficiat tamen eisdem præscriptio immemorialis, seu quadragenaria, prædicto titulo munita, probatur ex sequentibus.

¶ Primo nam ex sua parte est sufficientissime probatum, quod a tempore immemoriali cuius initiij memoria in contrarium non existit, ex prædictis salinarijs per ceperunt quantitatem salis in eorundem libello contentam, quod sufficit ad hoc vt in eiusdem perceptione protegi atq; foueri debeant, cum immemorialis præscriptio, et possessio cuius initiij memoria in contrarium non existit, vim tituli, priuilegij, et concessionis factæ a Principe sortiatur, vt in. l. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quotidiana et estiu. c. cum persone. §. quod si tales de priuilegijs lib. 6. cum concordantibus, vt per Antonium Gabriel. 2. par. communium sententiarum lib. 5. titu. de præscriptionibus conclusione. 1. nu. primo. cum sequentibus, et quod Regalia, et Principi reseruata dicta præscriptione immemoriali acquiri possint, tradit Balbus tractatu præscriptionum. 2. par. quintę partis principalis. ques. 4. et. 4. par. quintę partis. 6. questione. nu. 25. et alij quos refferunt Antonius Gabriel. d. cõclusionem. 1. nu. 3. Episcopus Segouiensis in regula possessor. 2. par. §. 2. vers. 3. species, et in nostris terminis quod ius salinarum præscriptione immemoriali acquiri possit, probat tex. in. d. c. super quibusdam. §. præterea de verborum significatione, ibi, ¶ Vel ex antiqua cõsue-

rudine, a tempore cuius memoria non extat introducta, et tradit in spe-
tie Aceuedo in l. 1. titu. 15. lib. 4. recopilationis. num. 74. fol. 212. et dis-
ponitur in l. 2. titu. 13. lib. 6. noui ordinamenti, in illis verbis,  Sal-
uo aquellos aquien los Reyes pasados nuestros progenitores, o nos los
vbiefemos dado por preuiligio, o los ouiesen ganado por prescripciō
immemorial.

¶ Neq; supra dictis obstat si dicatur, per testes Adecano et Capitulo
productos, non esse sufficienter probatam immemoriam, cum non
deponant de secundo auditu, iuxta l. 41. Tauri hodie. l. 6. titu. 13. lib. 6.
recopilationis, hæc enim obiectio excluditur manifeste si conside-
tur, quod secundus auditus est sufficienter probatus, per plures testes
de eo deponentes, et licet aliqui eorum de secundo auditu non depo-
nant, adhuc tamen immemorialis est sufficienter probata, vt iure com-
muni atento resoluit glos. in c. 1. de præscriptionibus, lib. 6. quam sequi-
tur plures quos refert Balbus tract. præscriptionū. 2. part. 3. partis prin-
cipalis quæst. 6. nu. 26. et ita sepius vidisse seruari in praxi non obstan-
tibus legibus Regijs quæ in suis tantum casibus procedunt, testatur
Episcopus Seguo. in d. regula possessor. 2. par. §. 3. nu. 7. vers. testes ve-
ro et quod verba dictæ legis. 41. Tauri, non sint rigida nec scrupulosa
accipienda, docet eleganter Ludouicus de Molina de Hispanorū pri-
mogenijs lib. 2. c. 6. nu. 35.

¶ Præterea minus oberit si dicatur, quod testes Adecano et Capitulo
producti, neutiquam deponunt quod prædicta quantitas salis fuerit
præstata scientibus, et pacientibus, dominis dictarum salinarum, et
non contradicentibus, et per consequens non esse sufficienter proba-
tam immemoriam, quinimo nec posse aliquos testes descientia et
patientia dominorum deponere, cum fuerint semper apud indos, di-
cta q; salinaria ab eorundem administratoribus fuerint tantum admi-
strata, huic enim obiectioni respondetur, quod licet testes descientia,
et patientia dominorum dictarum salinarum non deponant, ad huc
tamen immemorialis præscriptio sufficienter probata censetur, vt te-
net glos. in l. hoc iure. §. ductus aque verbo memoriam ff. de aqua quo-
tidiana et stiuā, quam sequuntur plures quos refert Episcopus Seguo-
uiensis, in regula possessor. 2. part. in initio. nu. 8. vers. tertio supra scrip-
ta, et testatur communem innumeros referendo, Antonius gabriel
lib. 5. commu. oppinio. titu. de præscriptioni conclusionē. 1. num. 59.
vers. quartus effectus quinimo licet scientia et patientia requirere-
tur, sufficeret eo casu scientia administratorum eorundem, vt in simi-
li casu considerat domi. Antonius de Padilla in l. si quas actiones. n.
56. C. de seruitutibus et aqua, vbi id ex alijs comprobatur.

¶ Rursus supra dictis non obstat si dicatur, quod ex titulo regiaq; do-
natione Adecano et Capitulo producta, constat de eiusdem præscrip-
tionis initio, et per consequens non posse Decanum et Capitulum d.
præscriptione immemoriali setueri, nam si recte consideretur prædi-
cta regia donatio immemoriali non nocet, cum tendat ad eundem fi-
nem, sane ad probandum, hoc ius exigendi dictam quantitatem salis
in di

in dictis salinaris Decano et Capitulo competere, et per consequens possunt ex dicto privilegio et immemoriali se fundare ad probandam suam intentionem, ut probatur in c. veniens ubi glossa verbo intentioni de prescriptio, et voluit Bart. in l. 1. nu. 23. C. de furtis ubi dicit quod non est sibi contrarius qui fundat se privilegio, et immemoriali consuetudine, Detius consi. 271. nu. 19. Burgos de Paz consi. 15. nu. 19. tum etiam et ex eo, nam ubicumque constat de initio prescriptionis per plus quam centum annos, non cessat vis ac potestas, et effectus prescriptio nis immemorialis ut voluit Speculator titu. de probationibus. §. 1. nu. 28. et alij quos citant Episcopus Segobiensis in d. regula possessor. 2. part. §. 3. nu. 7. vers. hinc falsum esse apparet, Molin. lib. 2. de primogenijs. c. 6. nu. 6. fo. 261.

¶ Secundo principaliter hæc eadem pars ex eo manifeste comprobatur, nã licet in nostro casu, immemorialis prescriptio expresse require retur, eademque non esset sufficienter probata, ad huc tamen in eodem prescriptio quadragenaria, prædicto titulo, seu Regia donatione munta sufficiens est, ad hoc ut Decanus et Capitulum in perceptione præ dictæ quantitatis salis protegí, et foueri debeat, succedit enim in hoc casu conclusio de iure verissima, quod possessio quadraginta anno rum, cum titulo colorato, seu quantumcumque invalido, immemoriali equiparatur, et est eiusdem virtutis, et effectus, cuius est immemoria lis prescriptio, ut probatur expressè in d. l. c. de fundis patrimo nialibus, lib. 11. et in c. 1. de prescript. lib. 6. c. cum personæ §. quod si tales de privilegijs eodem libro cum concordantibus, ut per Molin. lib. 2. de primogenijs. c. 6. nu. 52. Burgos de Paz consi. 4. nu. 11. et pro batur in l. 1. titu. 10. et in l. 1. titu. 15. lib. 4. recopilationis.

¶ Tertio considerandum est, quod licet in nostro casu de prædicto ti tulo, seu immemoriali non constaret, ad huc tamen sufficeret in eode sola possessio quadraginta annorum, absque villo titulo, alio ve admini culo, ad hoc ut in perceptione dictæ quantitatis salis capitulum sit pro tegendum, cum enim in eo non agatur de prescriptione salinarum ad versus Regem, sed aduersus particularem, et priuatum, sufficit in eo dem quadragenaria prescriptio, etiam sine titulo, ut in l. licet et in l. omnes et in l. cum notissimi. C. de prescriptione 30. vel. 40. annorum c. placuit. §. potest. 16. questio. 3. cum concordantibus ut per Episcopum Couar. in d. regula possessor, secundunda part. §. 5. nu. 2. vers. secunda conclusio, et probatur in l. 7. titu. 29. par. 3. ¶ Accedit etiam, quod Ecclesia in nostro casu non agit de prescriptione salinarum sed tan tum de prescriptione iuris exigendi salem in eiusdem libello con tentum, et ideo sufficiens fuit in eodem quadragenaria prescrip tio, licet ad prescriptionem salinarum immemorialis requireretur, ut optime aduertit Gregorius Lupus in l. 7. titu. 29. part. 3. ver bo plaça ubi resoluit, quod licet loca publica non minori prescriptio ne quam immemoriali possint prescribi, si tamen non agatur de eis præscribendis, sed de aliqua in eisdem seruitute prescribenda, sufficit quadragenaria prescriptio, neque mutat causam quod hic agatur de pres-

prescribenda annua praestatione, quia immo annua praestatio in vim
mere praescriptionis, acquiritur spatio, 30. annorum, vt post alios trad-
dit optime Episcopus Couar. in. d. regula possessor. 2. par. §. 4. nu. 2. in fi-
ne. vers. 2. conclusio.

¶ Quarto supra dicta confirmatur ex eo, nam licet de iure ad prescri-
bendum contra Regem redditus salinarum esset necessaria praescrip-
tio immemorialis, ad praescribendum tamen contra dictum Ioannem
de Guevara, et antecessores ius percipiendi salem super quo lis est, suf-
ficiens fuit praescriptio ordinaria decem vel viginti annorum, vt vo-
lunt Ancharranus consi. 142. nu. 7. Alex. consi. 16. in causa et lite. n. 27.
lib. 5. et est comunis oppinio secundum Balbum tract. praescriptionu.
2. par. 5. partis vers. circa prima. q. 3. n. 5. pag. 271. et ex nostris in varijs
casibus Auend. de exequē. mand. regu. par. 1. c. 1. n. 2. vers. si uero agat
Greg. Lup. in. l. 6. tit. 29. par. 3. verbo, La justicia, Epif. Couar. in. d. reg.
possessor. 2. par. §. 3. n. 4. finalibus verbis et. n. 5. ¶ Quod confirmatur ex
eo, nam cum in nostro casu diuersa pars priuilegio regali nitatur, suf-
ficit transcursus decenij, ad hoc vt tale priuilegium amissum ceseatur,
vt in. l. 1. ff. de nundinis. c. cu accessissent de constitutionibus. c. si de ter-
ra de priuilegijs cum alijs superius adductis, ¶ Quid quod cum praedi-
cta praestatio salis fauorem Ecclesie contineat, multum minus tepus
sufficiens est, ad hoc vt domini salinarum compelli et cogi possint ad
dandum quotannis praedictum salem, etc. est singularis loquens in le-
gato alimentorum in. l. 1. C. de fideicommissis quem ad omnem causam
piam extendunt Angelus, et Iass. ibidem et alijs quos scitat Tiraquelus
de priuilegijs pia cause priuilegio. 60. notum autem est in iure, quod
Ecclesia et pia causa equiparantur secundum Abb. in. c. relatum in fi.
de testamētis et volunt alijs quos scitat Tiraquel. d. tract. de priuilegijs
pia cause, priuilegio. 140. Euerardus loco. 32. et faciunt duo tex. nota-
biles in. c. significauit et in. c. quanto de censibus.

¶ Ultimo loco intentio Ecclesiae euidenter ostenditur, ex confessioni-
bus et probationibus factis per antecessores Ioannis de Guevara, qui
possiderunt et domini fuerunt dictarum salinarum, per quas apparet
quod in quibusdam processibus, et litibus quae ab anno. 1440. vsq; ad
annu. 1515. fuerunt ventilatae, inter dictam Ecclesiam, et antecessores
dicti Ioannis de Guevara, super decimis dictarum salinarum, posses-
sores illarum se defendebant, alegando, probando et verificando per plu-
res testes, quod non tenebantur soluere praedictas decimas, quia solue-
bant dictae Ecclesiae quotannis dictam quantitatem salis super qua lis
est, vt longe ex facto constat, quod cum verissimum sit, ob iurgari cer-
te merentur qui defendunt istam litem pro parte aduersa, cum dictae
confessiones, alegationes, et probationes factae in dictis litibus, et pro-
cessibus, per antecessores et dominos praedictarum salinarum, preiud-
dicent successori nunc litiganti, vt volunt Bart. in. l. si superatus. ff. de
pignoribus, Socin. consil. 89. nume. 16. Aimon consil. 29. nume. 1.
et alijs quos citat Maschardus tractatu de probationibus lib. 2. con-
clusio. 778. nume. 38. fol. 106. facit. 1. miles. §. fin. ff. de re iudi. l. 19.

l. 19. versic. sobre todo. l. 21. titu. 22. part. 3. nemini autem dubium esse potest, quod prædictæ allegationes, et exceptiones, habuerunt vim confessionis iuxta vulgatam. l. cum præcum. C. de lib. caus. cum concordantibus. vt per Antonium Gabriel. 2. part. communium opinionum. lib. 1. titu. de confessis conclu. 4. nu. 1. cum sequentibus.

¶ Et licet aliquis dubitandi locus in nostro casu superesset, quod neutiquam credendum est, adhuc tamen in fauorem ecclesiæ est pronuntiandum, tam quia possidet, quam quia est ecclesia, et causa pia, vt in. §. commodum inst. de interdictis. l. 28. titu. 2. part. 3. l. inter pares. ff. de re iudicata. c. penultimo eod. titu. maxima q; est ratio quæ religioni fauet, vt in. l. sunt personæ. ff. de religiosis et sumptibus funerum, et ita ex omnibus supradictis in fauorẽ ecclesiæ pronuntiandum speramus, reuocandãq; esse sententiã aduersus Decanum et capitulum prolata, salua tamen in omnibus dominationis vestre censura, cui libentissime dicta subijcimus.

L A V S D E O

*Alfr
Veru*

*Doct. miguel
Jssalazar*

*El Sr. Dn. Lope
De mexas*

ita veritas sepe tota l. et tunc. et part. et nemini autem dubium esse
 potest, quod per hanc allegationem, et exceptionem, habuerunt vim et
 effectum iuxta vulgatum l. cum pro. C. de lib. cau. cum concor.
 dantibus per Antonium Gabrili. et per communem opinionem
 lib. titu. de conciliis concla. d. n. t. cum sequentibus.
 Et licet aliquid dubitandi locus in nostro statu esset, quod per
 equum credendum est, adhuc tamen in labore ecclesie est prouen-
 iendum, tam diu potest, quam diu est ecclesia, et vultis, ut in
 commodum vestri de interd. l. 28. titu. 2. part. 2. inter par. ff. de
 et iudicat. c. penultima eod. titu. maxima q. est ratio per religioni sa-
 pe, ut in l. iust. person. ff. de religio. et sumptus funerum, et in
 ex omnibus sepradis in labore ecclesie proueniendum speramus,
 retrocedat, esse sententiam aduersus Decanum et capitulum prola-
 tam, salus tamen in omnibus dominationis vestre curia, cui liben-
 tissime digni spectamus.

L A V D E O

[Faint handwritten signatures and scribbles, possibly including names like "Antonius Gabrili" and "Antonius..."]

[A small, faint handwritten mark or signature.]

